

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De influxu dogmatis reformatorum de sacra coena in  
praxin fidei et pietatis, quanto et quali?**

**Pfaff, Christoph Matthaeus  
Hochstetter, Gottfried Ulrich**

**Tubingae, 1720**

Thesis IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130755](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130755)

Thesis IX.

**N**on sequitur, si transsubstantiatio fundamentum fidei tollat, (quod tamen ipsum, si in se illa spectetur, haud liquet,) ut & figura Reformato- rum id tollat \*. Imò nec hoc sequitur, si error hic fundamentalis sit, quo Romana Ecclesia sacramentum Eucharistiæ mutilat & calice eos, qui non consecrant, privat, (id quod rursus non liquet,) ut Reformato- rum dogma, quo materiam sacramenti Eucharistici cœlestem penitùs tollere dicuntur, fundamentum fidei jugulet.

\* Ratio est, quia transsubstantiationis sequelæ perniciosiores sunt, quàm figuræ, etiam nudæ.

\*\* Ratio est, quia error Romanæ Ecclesiæ evidentissimè verbis institutionis contradicit, ast lis illa inter nos & Reformatos de præsentia reali Eucharistica multis dubiis, multis tenebris, multis difficultatibus involvitur.

Thesis X.

**C**um Reformati panem & vinum nuda signa esse haud existiment sed exhibitiva illa esse ajant & collativa \*, patet, eos fontem solatii è S. Cœnâ manentem haud obstruere.

\* Pla-